

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt II. Mahometum non fuisse Apostolum, sive Nuncium à Deo missum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

est oditi, & hoc est quod dicitur, *ut faciant imago-
giun*, id est, opere impleant ejus legem. Et datum
est ei, id est, permisum à Deo, ut daret spiritum ima-
gini, id est, vigorem suæ legi. Lex enim dicitur vi-
va, quin diu viget; & mortua, quando alteratur.
Ut loquatur imago bestie, id est, tententiam suam
ostendar, sicut dicitur, *Lex talis loquitur in tali ca-
su*, nam omnia serè accipiuntur metaphoricè. Se-
quitor, *Et quicunque non adoraverit imaginem bestie*,
id est, legem bestiale Mahometi non receperit,
& non cohererit, occidatur: *Ei faciet per violentiam,*
*omnes, pullos, & magnos, divites, & pauperes, li-
beros, & servos habere characterem in manu dextra*,
id est, in opere, & in frontibus suis, per oris confes-
sionem. Haec tenus ex Turrecromata.

C A P V T II.

Mahometum non fuisse Apostolum,
sive Nuncium à Deo missum.

Confu-
lenda.
scđ. 8.
Tom. 5.
supra. it.
Biblioth. Thololog.
perquā
Maho-
metanæ
fœde lu-
perstitio
actret
impug-
natur &
confu-
tatur.

Nicolaus Clenardus vir egregius, qui è patria sua Belgio longissimam & valde periculosa suscepit peregrinationem in Africam, & in civitate Fessè diu mortuus est, eum in finem, ut Mahometanam fidem perfectè edisce: et, quo deinceps Mahometanus ab infidelitate sua, ad fidem Christi convertendis, magis usilem ac fructuosam operam impendere: recte fundamentum d'putationis inter nos & Mahometistas notavi, hoc fuisse, de Ecclesiæ Catholice statu sempiterno, vel eversione ante annos nongentios. Illi enim ajunt, ut Evangelio prodito abrogata est lex carmenatum, sic Mahometum successisse Christo, cum ejus lex & Ecclesia intercesseret. Quare hic negotijs caro est, & hinc ordienda disputatio: Mahometum nec fuisse Apostolum, nec à DEO missum, nec Evangelicam legem fuisse abrogatam, aut extinctam.

Ut autem Mahometus se Dei Apostolum comprobet, tum ex literis sacris suam autoritatem, & vocacionem commendat, tum Saraceni aliquibus miraculis ab ipso Mahometo factis confirmari. Primo igitur Mahometus cap. 74. *Alcorani*, inquit, Christum in novo testamento de Mahometo venturo his verbis prædictis, *Nuntia* (inquit ille) *robis affro, denuncio post me venturo, cuius nomen Mahometus*: quem locum Saraceni omnes credant in Evangelio adhuc stare, siu minùs, malitia & impietate Christianorum fuisse erat. Secundo, in cap. 71. *Alcorani*, dicitur Deum in veteri testamento ejusdem Propheta futuram nativitatem, to anorum milibus ante prænunciassse, illis verbis Deut. 18. *Prophetam degente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabis tibi Dominus Deus.*

Praeterea Saraceni multa à Mahometo miracula glorioza edita in confirmationem sui Apostolatus fuisse confingunt: ex quibus illa (inquit) sunt principaliora, quod in specie columba Spiritus Dei in eum descendit, & inspiravit, quemadmodum lex Alcoraniterat conscribenda: quod dum coram universa multitudine concionaretur, indomitus taurus, terribilior illo immanni Attice regionis, qui ab Hercule vinctus, in eis admirabiles ejus labores numeratur, ad Mahometum accurrens, in genua se prosternens & declinans humiliiter caput, manum Propheta supplex deosculatus est: quasi exemplo suo demonstrans eum ab hominibus colendum, quam ferre & truculentæ be-

stiae venerarentur. Quid illud, quod Adamo novem post ejus creationem diebus, stupenda quædam visio accidit, quæ dum attonitus miratur, divinitus ei annunciatum est, eam fuisse præsignificationem quandam plurimorum Prophetatum, ex quibus oriundus esset Mahometus; quem quatuor tantum annis natum invisit Archangelus Gabriel, qui etiam antea de cælo descendederat, cum septuaginta Angelorum millibus, ut mundo ejus nativitatem testaretur, & qui postea cælum eam legem derelicti, quæ deinceps à Mahometo toti mundo erat imponenda? Mitto divisam in duas partes lunati, & hujus generis quedam alia. Neque enim, inquit Saraceni, Mahometus adeò erat stolidus, ut Prophetam & Apostolum Dei se venditaret, sine illo arguento, quo Deus semper omnes sine exceptione ejusmodi Prophetas voluit esse ornatos: neque Arabes, Persæ, Asiatici, & Ægypti, qui ejus Alcoranum suscepserint, adeò erant agrestes & barbari, ut unico verbo vici, fidem veterem voluerint projicere, & novam unde-
cunque oblatam artipere.

Tertio, quia Mahometus (inquit Saraceni) non solum ad reformatum orbem, sed etiam ad castigandum, ob neglegam Christi sanctissimam doctrinam, & Religionem, ultimo loco fuit missus, idcirco post ea miracula, suæ divinae vocatio-
nis indicia, cum prædicatione Alcorani gladium copulavit: Deum enim, ajunt, illi per Gabrielem, Alcoranum misisse, præcepisseque, ut eum per orbem terrarum publicaret, simulque gladium iadidisse, quo repugnante, attingaret: hancque contendunt Saraceni legem esse, ipsissimam Dei voluntatem, veritatem certam, in qua promulganda, si operam suam poneret, DEUM ei affuturum, & felicibus auspicijs conatum ejus ad optatos exitos provestrum. Et his promissis eventis (inquit) pulcherrime responderunt. Rem siquidem agressus mirabilis felicitate Regiones maximas subjugavit, Arabiam, Asiam, Persiam, & alias pluri-
mas: neque potentissimus Romanorum Imperator, ejus cursum potuit retardare, aut hominum extinguere ardorem, aut amissas provincias recuperare, aut unquam extirpare, quam ille fidem severat; quæ & ijs in locis ad hunc usque diem firma constanter permanxit, & extremas Orientis plaga-
gas pervasit. Unde sibi ipsis facile persenserunt, (imo hoc est potissimum hujus fœde fundamen-
tum) Deum primò mississe humano generi Moysem, deinde abrogata lege Christum JESUM, instrutos facultate & virtute prodigiorum: hominibus vero non obsequentibus eorum dictis, mississe postremo Mahometum sine miraculis, armatum, ut quos non moverant miracula, anima compellerent: ac proinde Mahometum fuisse postremum nuncium, nec futurum alium postipsum.

Contra hujusmodi igitur deliria statuendum primum, Mahometum nulla fecisse miracula: secundum, Non fuisse Dei nuncium, neque Apostolum; ac tertium proinde, Non fuisse ultimo loco à Deo missum, quartum, Ipsum non esse Dei Propheta.

Maho-

Mahometum nullum operatum
fuisse miraculum.

§. I.

De prima hojus assertio[n]is parte sufficiat nunc attigisse breviter, Mahometum nullum operatum fuisse miraculum: quis enim non adverterat, ea omnia, quae à Saracenis finguntur, ut ejus commendent miracula, esse falsas eorum imitationes, quae in Salvatore nostro gesta sunt. Descendit super eum (quod ipsi non negant) in Jordanem Spiritus sanctus, descendit quando nascitur multitudine Angelorum caelestium: salutavit MARIAM virginem Archangelus Gabriel, eique levissimum illud nuntium de Christo carnem suscepimus dedit. Ista quia visa sunt: Mahometo plausibilia, & ad populum infundendum idonea, partim prætigii, partim apertis mendacij ad se traduxit. Deinde hæc omnia à nemine, nisi ab ipso auctore vi-sa sunt, imò hæc & alia confitit fabulæ sunt, & contraria ipsi Alcorano. Prohibet enim Mahometus de se aliquid tale credere, præterquam quæ scripta sunt in Alcorano.

De omnibus Prophetis dicit: *Multi multa mentiri sunt, quod ne de me existimat quidam, id solum de me verum credatur, quod Alcoran auctoritate fulcitur.* Ille enim cum miracula non fecisset, & hoc ostendere volens, introducit Deum loquentem & dicentem: *Dixit Dominus ad me propter hoc miracula te facere non permitto, ne tibi propter miracula evenias, quod & alijs Prophetis accidit.* Sicut igitur testimonio convincitur nullum fecisse. Ait enim, quod cum homines ei dicerent: *Ostende nobis aliquod signum, sicut fecit Moyses, Christus, & alijs Prophetæ;* respondit: quod mundus non credit ijs, sed dixit, incantatores esse, proprii hoc Deus non permisit mihi miracula facere, non enim credidissent: sed veni in potentia armorum. Quod manifestè falsum esse ex eo patet, quod parvo negotio credidissent facienti miracula; cui crediderunt sine miraculis, la rocinia, rapinas, adulteria, & id genus flagitia mandantis; quibus perpetrando genus humani prouisissimum est: quod ait de potentia armorum, quod pro miraculo adducit, falsum est: non enim semper fuit victor, ut Moyses, & Iesus Nave, & Helias, quos Angelus Domini semper protexit, & victores effecit; Mahometo vero dentes, contorti sunt, & facies collisa: hinc ergo non est, quod repente ei magna mundi pars adhaeserit; sed quod talia mandata dederit, in qua homines sine lege, proclives sunt.

Præterea eundem Mahometum nullum patrasse miraculum, ex alio ipsius testimonio manifestè constat: nam & ipse in Cap. Propheta[n]um narrat de quæren[t]ibus ab eo miracula fieri, & dicentibus ipsi Mahometo: *Audivisti in somnia, blasphemias congregasti, vel forte poëticæ loquereris.* Veni ad nos ad minus in uno miraculo, quomodo & miseri sunt priores. Respondit: subvertimus, inquit Deus, urbes coram non creditibus, nunquid bi credent, & quomodo exceptent ab eo miracula: & respondit eis: *Quoniam qui praecesserunt vos, non crediderunt miracula, & neque vos etiam miraculus credetis, nisi per ensim.* Qui bus testimonij clare convincitur, Alcoranum nullis miraculis fulciti.

Christianæ autem fides, qua ardua docet, & præcipit, in miraculis manifestis & utilibus, tum à Christo, tum ab Apostolis editis tota fundata est:

& usque ad præsentia tempora dæmones expelluntur, debiles curantur, mortui suscitantur: hæc autem miracula Christiani patrarent, hodieque patranti dicentes, Christum crucifixum, verumque Deum esse: & in hujus veritatis confirmationem, innumeræ sunt à Christi cultoribus patratae miracula. Quod si Saraceni dicant esse à nobis confita, ex eo magis convincuntur: nam aut Christiana Religio divinis miraculis à toto orbe recepta est, aut nullis miraculis confirmata: si primum, divina est ergo, & digna, quæ recipiantur: in autem nullis, hoc est magis miraculum, quod abique miraculis, per homines simplices & idiotas, hominibus ardua, naturæque vitijs corruptæ contraria impo[n]entes id fieri potuerit: quod fecerunt Christiani, non vi & armis alios interrimenes, aut minantes, sed potius ab alijs illatam mortem patienter sustinentes.

Mahometum non fuisse Dei Apostolorum.

§. 2.

Sed jam secundò Mahometum scilicet Apostolum, vi & armis nitenter, evertamus. Primo, quia Deimos est legi statuens per suos ministros, & nuncios, non violencia armorū cogere corpora, sed miraculis & suasionibus adducere animos. Hoc fecerunt Moyes & Christus: nam quod Mahometus dicit, homines illis non obedivisse, manifestissimum est mendacium: quippe & Moyse di[cto] audientes fuerunt Iudei, & torus penè orbis Christi, & nunc plurimæ adhuc gentes, & cum Mahometus viveret, pleraque nationes. Manifestius poterat monstrare à DEO esse missum se, si ea egisset, quæ sola potest DEUS, queque illis solis tribuit, quos mittit ipse ad salutem hominum. Nam quod ait in credibili nulla miracula prodesset, se ipse non intelligit, ut in alijs suis dicit. Quos enim vocat incredulos? filios, qui nullo modo sunt credituri, apud istos non solum miracula, sed nec arma quicquam proficerint: si incredoli sunt, qui non credunt, aut quibus difficile persistaderit; istis certa efficacia fuesint miracula, quam armata, & mundus ad mirabilia Christi atque Apostolorum opera respuit, non ad victorias Perlarum, aur Romanorum. Sed Mahometus conscienti sibi, se non habere donum illud caeleste efficiendi, quæ naturæ virtes superarent, quod erat in promptu, missum esse dixit fetro munitum. Atqui armatus hic vicitus est aliquando, & luculentum vulnus in ore accepit, unde molares aliquot & dentes amisit, & in fossam est dejectus, & vicitur turpiter, & quidem cum pridie victoriam sibi & suis ex caelesti oraculo promisisset: quin etiam cum adhuc esset latro, casus saepè est, ut à Drianidu, quorum camelos invadebat, Mecha redeuntes, & Civitas illa, qua nunc eum adorat, capituli aliquando eum damnavit, ut latronem pernicioſissimum; & primum propofuit, si quis in potestate, vel vivum, vel mortuum redigeret.

Præterea, quia in armis saepè numero videmus accidere, ut peior causa vincat meliorem, ut intelligamus non esse divina æquitatis bella, sed humana malitia. Verum non ignoravit Mahometus mansuetudinem, clementiam, humanitatem esse potius divina arma, quam ista ferrea & chalybea, fabrorum manibus conflata, idcirco ait: *Misericordia sum à Deo, ad homines cum pietate & misericordia, item persuasione esse potius divinitatis, quam violentiæ*

lentiam & coactionem, idcirco alio in loco inquit: Nulla violentia est in fide. Et rufus: Vix nequam propter legem inferari, cum recte, pravaque via patefacta sint. Sed nimis omni hoc ipse obser-
vasset, invalidum faillit regnum Prophetæ, & de-
cessus Principatus. Persuasione enim nemo esset
unquam ad assentiendum recte inductus, tam ab-
surdæ ac puerili. At ferri quis fuisset usus, si nemo
cogeretur, & res non esset gladij gerenda, sed ra-
tionib[us]. Idcirco tanquam sui oblitus alibi dicit:
Nisi meam scripturam reperierit, & crediderit, calitus
esse ad me missem, meque confissu fuerit Prophetam
esse. De legibus & diripiam substantiam tuam omnem,
uxorem & liberos tuos captivos abducam, reque ipsam
interficiam. E. item: Viri boni, quid vobis est cum illis
in reditu commercij cum nemine ilorum contrabatis,
vel negotium vel societatem, vel amicitiam, nisi prius
recta via. De pugnatum aut prudatum, vobis scum ex-
ercent: quod si facere recusaretis, eos si fieri posset, ubique
inveniretis, occiditis. Hac ille. Quid potest dici, vel
Deo, vel Prophetæ congruentius? Ideoque lingua
vestra, eo nomine appellatis eos, qui vobis se ad-
iungunt, quo denotatur, illos te ac rem suam, &
familiam conservare Mahometicæ legis profes-
sione.

Deinde, quia non convenit miti à DEO, nisi
qui Dei sit simillimus sanctitate, innocentia viræ,
sapientia, & alijs virtutibus, quæ in DEO sunt ex-
mixæ & infinitæ, qualis fuit Moyses, & Moysè me-
dior Christus, vel vestri legislatoris testimonio; &
Mahometus ipse, antequam ad legationem Dei
nomine obeundam venire, pessimus, in legatione
ipso peior fuit. Ipse homo apertus, & simplex pro-
ficeret, quæ negare non poterat, cum haberet con-
fios & testes suorum flagitorum, peccatorem se à
principio fuisse, & hominem facinorosum, sed
condonata sibi esse à DEO peccatis. Quia autem
inquietus fuerint priora illa sceleris, prædicto erat, rap-
tor violens, homicida & nefarius adulteri; ea-
dem illa postquam de celis descendit, obtinuit,
nec quicquam mutavit de solita imputitate, &
crudelitate. Denique talis fuit, qualem quis filium
suum esse nolle. Quis igitur credit à Deo esse ele-
ctum aliquem ad munus tantum, nec ab eo esse
meliorum redditum? Potest cuicunque tanta bonitas
contingere, quin bonus facias? Potest tanta
puri as, quin purget? At vero ne quis sceleris &
flagitia, quæ palam Prophetam designabat, aude-
ret carpere aut virupari, auctoritatem divinam
omnibus interposuit, & se à Deo iussum id facere
confirmavit; bella, cædes, rapinas, adulteria.

Nec sat illi fuit, malum & scelerosum esse, nisi
eriam nequitas, ac scelerum suorum auctoratum
DEUM faceret, & causam, patrem bonitatis &
iustitiae, orem vitiorum. Moveri bella, rapit, oc-
cidit, ait, se cum potentia publica à Deo missum:
inceps, adulteri, polluit virgines, & marita-
tas, facit Deum lenonry suum; & ait, sibi datum à
Deo vim generandi, quantum hominibus quadra-
ginta. Quid potest dici obscurius? quotum hæc
generandi tatu immanis porestas? nisi ut non tol-
lum impunes, & licenter, sed cum aliqua pia Reli-
gionis cognitione, à multib[us] simplicitate, &
superstitione admitteretur ad concubitum, sinente
marito, aut pare, atque etiam auctoritatem num-
inis reverente, à quo esset illi tale munus con-
cessum.

Addamus præterea, si à Deo munus hoc con-
cessum est Mahometo ratione nuntio, & Prophetæ,
cur nulli unquam Prophetam aliorum, non dis-
coantum, sed nihil permissum est tale omnino?

Quod si donum est hoc & Deo dante, & Proph-
eta accipiente dignum, nemo non debet expere-
re, & se in cænum illud fœdissimum immergere.
Qui divina naturæ, atque ingenij, vel minimam
ac tenuissimam particulam mente ac cognitione
comprehendunt, continuò agnoscunt, qualis est
iste divinus Nuntius, qui vim illam ac facultatem
tanq[ue] turpidinis, & licentiam adeo particula-
rem & effrenem à Deo se accepisse gloriantur? Si
tam propinquus, tam acceptus, tam charus erat
Deo, impunitus illi fuisse Deus non turpidinem
opum, non volupsum, non rapinam, sed de
suarum excellentia virtutum, quemadmodum
Moysi, Christo, Joanni, & alijs, quos ipse charos
fuisse Deo prohibuit.

Nec solutio Saracenorum potest satisfacere
dicentium; Etiam si Mahometus fuit homo ne-
quam, & perditus; tamen Deus eligit quos vult: &
quia eriam si Deus ex peccatoribus justos faciat,
semel tamen electi à Deo, & in eis amicitudinem ad-
missi peccatores esse definitur, maximè si vera es-
sent, quæ ipse Mahometus de se finxit. Tantum enim
cum Deo familiaritas, tam cœbra colloquia, lex
ipsa cœli usiphi missa, fecissent eum sanctiorem.
Quale autem est, formulam recte vivendi, pietatis,
sancti atque Deum hominibus, per homi-
nem ab illis virtutibus alienissimum; ut nihil ma-
gis à normalia disciperet, quam via Legis? Quid vero potest esse æquus quam ut homines se
ad exemplum illius componant, quem videant
admitti ad consuetudinem Angelorum, ad colloquia
Dei, præfici mundo à DEO ipso, ad leges vita &
sanctitatis contendendas.

Sed proprius accedamus ad id quod dicunt, à
Deo fuisse promissum Mahometum, id vero era-
sum à nobis. Nam illo loco, quo dicitur: Et muta-
re rebus spiritum consolationis, Mahometum erat
adscriptum, deletum autem à nobis odio Sarace-
norum. Quare ante omnia, quinam erae in prioribus
est Mahometo, an posterioribus? prioribus nulla
erat causa; nesciebant enim quis, aut qualis Ma-
hometus esset futurus, imo crediti etiam optimum,
& divinum Prophetam futurum, qui esset à
Christo non solum commendatus, sed iussus ex-
pectari. Posteriores non fecerunt; Nam Ma-
hometus iam de eo conqueritur. Quid quod extante
Evangelia scripta ante Mahometum, nec ul-
la est in eius mentio Mahometi, nec ullia eo loco
eratio. Tot scriptores Christiani præcesserunt Ma-
hometum, iam diversi opinionibus, lectionis, affectibus,
quis unquam illorum meminit Mahometum? Quid si Mahometum fuisse JESUS Christus
expectari, tantum nobis fuisse nefas, illum prius
quam venire non expectare, & postquam venisset
non recipere, quam Christum ipsum abnegare.

Magnum odium versatur inter Christianos &
Saracenos, idem inter Christianos & Judeos, ac
inter Iudeos, & ipsos Saracenos. Mahometus in-
quit, Moysem fuisse missum à DEO JESUM vero
vebum DEI, natum ex MARIA Vi-gine, & nul-
lus Saracenorum aderet alter sentire, aut loqui,
nec scripturam eradere, non amore Christi, aut
nostris, sed propter testimonium Mahometi, quare
ergo idem non est credendum de nobis Christianis?
Nos libros veteris testamenti legimus, vene-
ramur, oracula esse Dei omnipotens pro certo
habemus: Moysem viuum Dei, Prophetas sanctos
fuisse credimus homines, ex testimonio JESU
Christi, qui si Mahometum nobis commenda-
vit, sanctior etiam nobis esset ille omnibus: quod admodum
Iohannes Baptista de quo elogium fui Christi, iuter

Maior

natos de mulieribus non surrexisse majorem. Nec a-
liter expectatus & desiderans fuisse à nostris
Mahometus, quam Spiritus ille consolationis ab
Apostolis; qui decimo post Christi ascensionem
die, divinis munib; Apostolos replevit.

Mahometus non fuit postremus
Dei Nuntius.

§. 3.

Dolque afferunt Saraceni postremum Dei
nuntium fuisse Mahometum, quod aequè
fallum & ridiculum est, ac alia, que ipsi mentioni-
tur: Nam ratio ipsa potest, ut præstansissima le-
gatio præstantissimo lega o commendeatur. Cum
res est absolvenda ingens, & maximi momenti &
ad summam Regni pertinens, quis mititur nisi
Regi proximus & intimus, vel interdum Rex ipse
venit in colloquium, cumque quisuscum agitur.
Primum enim res per inferiores tractatur, ad ultimum vero, ut plena sit in consummatione authori-
tas, per eum, qui summa sit authoritas. Conser-
vamus jam Christum cum Mahometo, non ex no-
stra prædicatione, sed ex Alcorano, & Saraceno-
rum testa, Christus verbum Dei, Mahometus ho-
mo merus. Christus Me sis promissus patribus,
unciatus ab Angelo Virgini excellentissimæ:
Mahometus obscurus & ignobilis. Christus sem-
per sanctus, Mahometus aliquando profanus, er-
rabundus & latro, ac Idolorum cultor. Christus
docto sapientissimus: Mahometus omnis e. uidi-
tione proflus expensis, nec suum ipsum Alcoranum
intelligens. Christus de se, & de suis certus: Ma-
hometus incertus, ut ipse in Alcorano confitetur.
Christus vivens, vel, ut ipsi dicunt, raptus in celum à Deo; vel, ut nos, reditus in vitam; Ma-
hometus mortuus & compotrefactus. Denique nec
Mahometus negat multo le esse inferiorum JESU
Christo. Uri ergo par erat legationem postre-
manni mandari, in qua sigillatum esset addendum
norma pietatis & vitaे otiosi? Conveniebat profe-
cto vel Mahometum, si nuncius esset Dei cum re-
liquis Prophetae venire ante JESUM, vel post JE-
SUM neminem mitti.

Accedit his, quod Christus ad divina sua legis
confirmationem ea adferebat, quæ videntes du-
bitare non possent divinitatem fieri, & facili aen-
omnem naturæ superare. Saraceni enim de illo
testificantur, quod reddiderit lumen cæcis, sanita-
tem leprosis, ludis auditum, mortuis lucem & vi-
tam, & alia innumera. Propheta iporum nulla se
ait miracula fecisse; cum tamen id precipuum sit
divinitatis signum: nempe ostendere vel se, vel
eum, à quo sibi missus, maior em esse, & potentio-
rem naturæ legibus, quod & ipsi quantumcumque
ignari, etiam inconsiderantes, satis tamen af-
sequuntur; quia Propheta eorum negat se miracula
edidisse, aut sibi eam vim à Deo concessam. Mi-
racula nihilominus aliqua ei attribuunt, sed absurd-
a aut ineptaque fatis appareat esse confusa.

Ex his igitur patet, quam ridicula sint, quæ pro
Mahometis apostolatu Saraceni fabulantur.

Mahometum neque fuisse Dei
Prophetam.

§. 4.

Mahometus cum ad Regni fastigium vi & ar-
mis ascendere non posset; arte & ingenio
magno usus est; ut qui Rex esse non poterat, Pro-
phetam se & Apostolum Dei simulare, legem
que tibi à Deo revelatam tanquam summum Dei
Propheta mentitus est: imo non solum Prophetam se effinxit, sed etiam Prophetam generalem,
quin & finem & sigillum se omnium Prophetarum
temere & mendaciter afferunt: quæ omnia
falsissima sunt, ut ex sequentibus argumentis aperte
demonstratur.

Primo, quia cum Propheta sit inspiratio, vel
revelatio divina, rerum eventus immobili veritate
denuncians, non potest propheta, quæ à DEO
est, subesse falsum aliquod, sive mendacium: alio-
quin DEUS ipse esset author mendaci. Sed quam
plurima dicitur ipso Mahometus prædicta, quæ non
evenerunt; prædicta enim se tertia die ieiuniorum;
quare à Saracenis usque ad illud tempus ex-
vatum corpus iia factore aërem inficit, ut eum,
quam ciuiumè cepelire compellentur. Dicit etiam
sibi parculari revelatione à DEO tuisse con-
cessum, ut sine discrimine ullo, posset cuicunque
mulieri adhædere, ut generaret virum sanctum &
Prophetam: at non legitur ipsum genuisse filium
aliquem, ex quo tam ejus turpitudo, quam pro-
phetæ falsitas convincitur.

Ipsa rursum Mahometus compositum librum,
in quo scripsit duodecim milia verborum mirabilium; mirantibus autem & quærentibus Sarace-
nis quibusdam ab ipso Mahometo respondit, sol-
lum tria milia veritatem habere, catena autem illæ
falsa. O egregium Dei Prophetam! O summum
Dei & veritatis Auctórum! in duodecim milie
verbis, sive leniens novem millia confessus
mendacia? Quare cum in prædicto libro, ut au-
thor est Richardus in confutatione legis Ma-
hometi cap. 9, falsum aliquod deprehenditur; res-
pondent Saraceni, & hoc Mahometum dixisse,
cum affirmavit non omnia esse vera. Sed & ipso
Alcorano, quem Mahometus se à Deo tanquam
Propheta accepisse jaçat multa continentur falsa,
erronea quam plurima; mendacia quasi innumer-
a, ut patet ex erroribus Alcorani initio hujus di-
putationis relata, & ex alijs infra referendis. Qua-
re, ut etiam ipse Richardus se experientia compe-
ritissime testatur, multi Saracenorum, præci, uenit
periti & sapientes, quasi nullam fidem adhuc
Alcorano; & ideo de ipso cum alijs sapientibus
disputare recutant, vehementissimeque conti-
stantur, cum ab alijs ipsum legi confereantur: &
ideo vetant, ne in alias linguas transferatur: pu-
rum autem aurum, nec aquam isimer, neque ignem:
talis est Evangelij doctrina, de qua libenter
Christiani cum alijs nationibus disputant, legen-
dumque omnibus offervant, cupiuntque omnibus
prædicari, & in alias linguis transferri.

Secundo, Principaliter propheta comitit do-
num Dei, datur ad utilitatem Ecclesiæ, sicut &
aliæ gratia gratis datæ, secundum illud Apostoli
1. Cor. 12. Unicuique datur manifestatio Spiritus ad
utilitatem, sed ea, quæ à Mahometo gesta sunt, po-
tius ad destructionem fidei & morum, quam ad
ædificationem spectant.

Tertio,

Tertio, Quia licet Prophetæ donum necessario motum honestatem, menisque sanctimoniam non requirat; secundum illud Apostoli 1. Cor. 3. *Sic habuerim prophetiam, & nō vero mysteria omnia, caritatem autē non habuero, nihil sum: & ob id, aliquando mensem peccatoris spiritus tangat Prophetia, quedam tamen sunt peccata, ut prudenter annovavit D. Thom. 2.2. q. 171. art. 4. quæ usum prophetice impediunt, qualia sunt carnalia: quia illa, passionis vehementia mentem à spiritu-litate omnino retrahunt; ex quo quis ineptius fit ad prophetiam. Quare Rabbi Moyses apud D. Tho. dixit: Hoc est liguum, quod aliquis sit falsus Propheta, quando voluptribus sacculi detinetur. Cum ergo Mahometus carnalibus voluptatibus maximè fieret involvitus, ut pote stupris, libidinibus, adulterijs, homicidijs, spolijs & rapinis, alijsque innumeris flagitijs, manifestè colligitur ipsum non Prophetam Dei fuisse, sed potius de illis, de quibus Ezechiel. 3. *Hec dicit Dominus Deus, de Propheta insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.**

Quarto, Impossibile est esse Prophetam Domini illam, qui in doctrinis & denunciationibus propheticis sibi adversatur: hoc pa'sim invenitur in lege Alcorani, ipso Propheto à Mahometo eto compo'uta. Et confirmatur, quia DEUS sibi ipsi contrarius esse nequit: at Mahometus in plurimis divina legi, antiquis Prophetarum prædictionibus, & Christi Evangelio contraria docuit, ut constat legibus Alcoranum: manifestum est igitur, ipsum non esse Prophetam DEL.

Quinto, Propheta dicitur, quasi procul sans, hoc est, ignota sive præxita, sive futura prænun-ciat; at Mahometus ignora nulla præterita dixit: quod si aliqua de Adamo, de Noe, de Abraham, de Moysi enarrasse legitur; non ea illa puritate, qua in fontibus Scripturæ sacra inveniebantur, accepit: sed multa permiscens mendacia, totam penè scripturam infect. Et ut alia prætermittam, quod clarius mendacium seu potius delirium, quam affectu Virginem MARIAM fuisse filiam Abrahoni, & Abrahamum fuisse Patrem Moysi & Aaron; ita palam affirmat in Cap. Abraham: & in Cap. Mariam, hoc est, Mariam, docet Mariam Matrem Christi, sororem fuisse Aaron: & quod Moyses, & Aaron habuerint quandam Sororem, qua Maria appellabatur, & quod hi tres erant filii Abraham, quid ineptius, aut fabulosius? cum inter hanc Mariam, & B. Virginem MARIAM matrem IESU Christi Salvatores nostri, mille quingenti anni inter fuerint: quare captus est Mahometus in mendacio tam manifesto, DEO sic permitte-re, ut quilibet facile deceptionem animadverte-ret.

Deinde de Patriarchis, ut de Abrahamo, Ilac, & Jacob (itemque de Patriarcha Noë) affirmat, quod fuerint Saraceni, & quod propere diluvium venerit super terram; quia Noë prædicante hominibus, ut fierent Saraceni, ipsi renuebant; quæ omnia ridicula & fabulosa sunt: tum quia ipse Mahometus, sicut ipsem docet in Alcorano, in C. Elcamin, ait sibi ex persona Dei fuisse mandatum, ut sit primus Saracenus in mundo; tum quia Patriarcha isti fuerunt Christianorum, Judæorum, ac Saracenorum progenib[us], ac proinde non plus Saraceni quam Christiani sunt appellandi. De Apostolis etiam ut ad Evangelij tempora descendamus, dicit in Cap. Abraham, quod illi testati sunt, & dixerunt Christo, quod essent Saraceni imitatoresque Apostoli Mahometi; quod iudicem-

dacium est apertissimum. Christus enim & Apostoli Mahometum (qui se ipso testante fuit primus Saracenorum) præcesserunt plusquam sexcentis annis. De Christo vero nec esse Deum, nec Filium Dei mentitus est: & quod mirabile est, ut credatur, affirmavit Christum neque crucifixum neque mortuum fuisse. Res adeo toti oibi, & per to: secula Judæis, gentibus, omnibusque nationibus notissima, ut amentia sit eam negare. De se ipso denique affirmat, Christum prophetasse, dixisseque in Evangelio, *Annuntio vobis de nuncio Dei, qui post me veniet, & nomen ejus Mahometus: hic enim mendacium est crassissimum, sicut & alia, cum nihil tale sit apud Evangelium: nisi velutus Christum de eo prophetasse, quando dixit Matth. 7. Pseudo-prophetas venturos post se, qui inaus forent lapi rapaces.*

Ex quibus non obscurè colligitur Mahometum, circa præterita mendacem fuisse Prophetam, cum tot mendacijs veritatem corruperit. Quantum vero ad futu'rotum prædictionem attinet: nihil ferè prophetavit, excepto illo de Resurrec-tione sui corporis. Quare excludendas est à numero Prophetarum.

Denique sapientia primo dicitur: *Spiritus disceplina effugiet sicutum: sed Mahometus maxime fuit fictus, & sanctitatis simulator, seductor homi-num, omniumque sceleratissimus. Ergo impossibile est ipsum fuisse Dei Prophetam. Nec valer Saracenorum solatio, dicentium, Moysem & David homicidas peccatoresque fuisse; & dono Prophetiæ præditos: quia eti[am] illi aliquando peccaverint, egerunt tamen penitentiam de peccatis suis, nec in illis continuo perseverarunt: Mahometus vero nec celavit à scelere, nec penituit de peccatis; um quia aliud est esse Prophetam motibus impro-bum; aliud vero esse falso, hereticum, aut infidelem; mendosa ac turpia ac legi Dei contraria pro-pherantem seu docentem: quod nulla enus in Dei Prophetia inveniri potest; cum DEUS testis falsi-tatis non sit.*

C A P V T III.

Legem Alcorani nulla ratione esse à Deo.

CUM reprobis Mahometus non fuerit verus Dei Apostolus, neque Propheta, sed potius Pseudopropheta, facile erit deducere ejus lectam, sive doctrinam execrabilem, non esse à Deo; quod clarius apparebit, si per singulas legis divinae con-diciones discutamus, quas Psalmista breviter, compendiosè tamen, Psal. 118. illis verbis præscripti. *Lex Domini immaculata, convertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam praefans parvulu[m].* Ex quibus quinque condiones legis, quæ à DEO est, ostenduntur, quarum nulla legi, sive se-cta Mahometi convenit, ut patet ad singulas des-cendendo.

Prima conditio legis divinae est, quod sit ratio-ni consona; quæ ostenditur cum dicitur (*lex*) Nam juxta Philosop. 2. Ethic. *Lex est ideo, quod ratione consistat:* Et Tullius: *Lex nihil aliud est, quam recta à nomine Deorum traditæ ratio;* ex qua legi conditio-ne luce clarius colligitur, illam non esse à Deo datam legem, in qua traduntur, quæ omnino à ra-tione discordant, lo secula autem Mahometi multa

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

B b

conti-